



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 94. Cardinalis Lotharingus Patavium, & Venetias profectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

sent: Ceterum observat Vicecomes, Sæcul. XVI. A.C. 1563.
 quod die octava Martii adhuc ex qua-
 dam classe decem superfuerint Theolo-
 gi, qui nondum suas pronuntiaſſent ſen-
 tentias: inter illos autem, qui jam-
 jam ſuam proferebant opinionem, non-
 nulli, atque inter alios præcipue Santo-
 nenſis Theologus plura congeſſerint,
 quibus Pontificis auctoritatem circa di-
 ſpenſationes ſupprimere niterentur.

§. XCIV.

*Cardinalis Lotharingius Patavium, &
 Venetias profectus.*

Interea Lotharingius Cardinalis, cum Nicol. Pſal. p. 379.
 Congregationes interrumpi cerneret, a-
 hac temporis opportunitate ufurus, a-
 nimi relaxandi, tædiumque diſſipandi Mem. pour le Conc. de Trente Lettr. du Card. de Lorr. au Roy 18. Mar. p. 407.
 gratia iter aggredi conſtituit, prius-
 quam vero diſcederet, ad Franciæ Re-
 gem perſcripſit, inter biduum, aut forte
 triduum diſputationes circa Matrimo-
 nium eſſe abſolvendas, Legatosque
 promiſiſſe, quod poſtea de reformatio-
 nis negotio agere velint, nihil tamen
 de Synodo ſperandum, donec Moronus
 & Navagerus ambo novi Legati eſſent
 acceſſuri. Inſuper ad Regem transmi-
 ſerat exemplar epiſtolæ a Cæſare ad
 Papam ſcriptæ, ſimulque ſignificabat,
 quod Aloyſii Avilæ, qui novus erat
 Hispaniæ Regis Orator, adventus expe-
 ctare-

Sæcul. XVI. Staretur. His denique addidit Lotharingus: hæc transmisi, ut de futuro hujus conventus exitu iudicium ferri possit, ego equidem meis partibus haud deero, quid tamen de hoc congressu sperare liceat, haud ignoro.

§. XCV.

*Franciæ Regis postulatum de nubendi
licentia Cardinali Borbonio
concedenda.*

Eadem ferme omnia Lansacus ad Reginam Administratricem perscripsit, præterea significans, quod Theologi conventu habito de Sacerdotum coelibatu egerint, ac proposuerint, utrum Papa in casu publicæ, atque urgentis necessitatis Sacerdoti legis gratiam facere queat, vi cuius Matrimonium iniire ipsi liceat. His præmissis Lansacus addebat, quod sperandi locus sit hanc gratiam Borbonio Cardinali concessum iri, eo quod Rex id desiderare videatur (*).

Agebat

(*) Cum toties in rebus etiam gravissimis Franciæ Regis nomen audiatur, ac Continuator plura ab eo iussa, sancita, vel petita referat, observandum est, quod idem Rex tum nonnisi duodecim annorum puer fuerit; ex hac autem ætatis imbecillitate iudicii infirmitas